ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ
ΠΑΡΑΣΙΤΟΣ
ΕΠΙ ΔΕΙΠΝΟΝ
ΚΛΗΘΕΙΣ.

LIBANII SOPHISTÆ
PARASITVS OB
COENAM OCCISAM
SE IPSVM DEFERENS.

EX BIBLIOTHECA REGIA.
INTERPRETE FED. MORELLO
PROFESS. REG.



LVTETIÆ,
Apud CLAVDIVM MORELLVM, via
Iacobæa ad insigne Fontis.

cIↃ. IↃC. I.
Cum priuilegio Regis Christianiss.



ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ

Παράσιτος ἐπὶ δεῖπνον κληθεὶς, βουλόμενος
θᾶττον ἀπαντῆσαι, ἵππον λαβὼν τὸν ἐξ ἱπ-
ποδρομίου, ἦλθεν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ κεκληκό-
τος. βωμὸς δὲ ἦν περὶ τὰς αὐλείου θύρας. νομί-
σας δὲ καμπτὸν εἶναι τὸν βωμὸν ὁ ἵππος, ἔκαμ-
ψε, καὶ συναρπάσας τὸν παράσιτον ἀπήγαγε·
καὶ μείνας ἄδειπνος, τῇ ὑστεραίᾳ ἑαυτὸν
προσαγγέλλει.



Σχύω μὲν οὐδ' ἃ πέπονθα
πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν. οὕτω δυστυχῶ
τοῖς ἅπασι· οὔτε γὰρ φωνὴ πά-
ρεστί μοι λιμῷ προαπειρηκότι,
καὶ τὸ τῆς μνήμης ὑπέρρει, μὴ
ὕπνου τετυχηκότι· πῶς γὰρ ἂν ἐπὶ κενῇ τῇ γαστρὶ
καθεύδειν ὑπῆρχε; Τοσοῦτον δ' οὖν ὅμως ἤρκεσα
πρὸς τὸν λιμὸν ἀντισχεῖν, ὅσον ἃ πέπονθα πρὸς

ὑμᾶς εἰπὼν, καταλύσαι τὸν βίον. Τί γὰρ ἔστι μοι βιωτὸν εὐωχίας πολυτελοῦς ἐκπεπτωκότι; πῶς δ' οὐ προεπειγεῖσθαι πολλῷ βέλτιον, ἢ παρ' ἑτέρων ἀκοῦσαι διηγουμένων, οἵας μὲν αὐτοὶ διαίτης ἀπολελαύκασι, οἵων δέ μοι διαμαρτεῖν ἀγαθῶν μόνῳ συμβέβηκεν· ᾧ ἐκ προσόντα τυγχάνειν, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξηγεῖσθαι τὰ τοιαῦτα, σύνηθες αὖ ἦν· τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις, ὦ ἄνδρες, τοῖς ταύτην ἡμῖν ἐπιτετηδευμένοις τὴν τέχνην, τότε τοῦ ζῆν ὁ θάνατος αἱρετώτερος εἶναι δοκεῖ· ὅταν ἐπιλείπωσι μὲν οἱ δειπνίζοντες· οἴκοι δὲ τὴν ἀναγκαίαν τροφὴν ἐκφροντίσωσι· καὶ καλῶς οἶμαι καὶ δικαίως ἀφειδοῦσι πρὸς τὴν τελευτήν· οἷς γὰρ οὐκ ἔστιν ἕτοιμον ἀζημίως παρατίθεσθαι τράπεζαν, τούτοις αὐτόθεν ὅπου καὶ ζῆν αἱρετέον; ἐγὼ δὲ, ὦ δείλαιος, ἐν ἀκμῇ τῆς εὐτυχίας, ὅτε μοι τὸ παρὰ τῶν φίλων ἀφθονέστατον ἐστρατήγησεν ἡ τύχη· τότε βασκανία δαίμονος, οὐκ οἶδ' ὅπως εἰπεῖν, ὥσπερ ἐν πολιορκίᾳ, μεμένηκα ἄσιτος καὶ διπλῆ ζυγόμενος ἄσιτα τεταλαιπώρημαι τῆς τε προσδοκωμένης εὐωχίας ἐν παρασκευῇ γεγονώς· ὅλως

ἐμαυτὸν ἐκένωσα πρὸς ὑποδοχὴν τῆς ἐλπιζομένης πλησμονῆς· διαμαρτόντι δὲ ὧν ἤλπισα, τὴν συμφορὰν καὶ ἔργον ἐπικουφίσαι ἑτέρωθεν. τί οὖν ἕτερον ἢ θάνατός ἐστί μοι τοῦ κακοῦ λύσις. τοσοῦτον δ' οὖν ὅμως τὸ δυστύχημα συμβέβηκε χαλεπώτερον, ὅσον μηδὲ τὴν αἰτίαν ἐστὶν ἐφ' ἕτερον ἀναγεῖν· ἀλλ' ἢ ἐμαυτοῦ ἀβουλίαν μόνην καταμέμψασθαι, καὶ οἶδ' ὅτι πρότερον ὀδύρομαι τῶν συμβεβηκότων μᾶλλον ἢ οὐδ' αὐτὰ δίδωσιν ὀδύρεσθαι τὰ δάκρυα, πότερον τὴν ζηλωτὴν ἐκείνην καὶ μακαρίαν κλῆσιν, ἢ τὴν περίβλεπτον πορείαν· μᾶλλον δὲ πομπήν· ἣν ἐπὶ δεῖπνον αὐτὸς ὁ δείλαιος ὁδεύων ᾠχόμην· ἢ τὴν περὶ τὸ δεῖπνον αὐτὸ συμβᾶσαν ἀτυχίαν· ἢ τὸ κατὰ τὴν οἰκίαν ὕστερον σκότος· καὶ τὴν ἑστίαν τὴν ἀφεγγῆ, καὶ τὸν ἀπολέσαντά με λιμόν, ὃς οὐδ' ὀδύρεσθαι σαφῶς ἐπιτρέπει μοι τὸ συμβεβηκός. Βιαστέον δ' οὖν ὅμως ἃ πέπονθα πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν ἄνωθεν· ἐπεὶ καὶ τοῖς ἀλγοῦσι φέρει παραμυθίαν, ἃ πάσχουσι πρὸς ἑτέρους ἐξαγγέλλειν. Ἐκάλει μέ τις ἐπὶ δεῖπνον τῇ προτεραίᾳ τῶν γνωρίμων πα-

ρακελευσαμένων ὡς τάχιστα συμβάλλειν· ἐνεδυνάστευσε γὰρ περὶ τῆς διαίτης. ἐγὼ δὲ καὶ ἄλλως ἐκ παιδὸς καὶ τὸ περισπούδαστον ἐκεῖνο μάθημα τοῖς περὶ τραπέζας πονουμένοις ἵμην πρὸς ἐμαυτὸν ἐκμανθάνων, οὐδέν τι παύομαι τοῖς περὶ δεῖπνα πρώτοις ἀπαντικῶς· ὅτε νοῦς σωφρονεῖ· καὶ ὁ τόπος εὐπρεπής. τότε δὲ ὡς ἐδεξάμην τὸ σύνθημα, πολλῷ πλέον εἰς ὀξύτητα διεγειρόμην· καὶ πρῶτον κατεμεμφόμην τῇ φύσει, διότι με μὴ πτερωτὸν ἐποίησεν, ἵνα ἔχοιμι περιπέτεσθαι τὰς εὐωχίας εὐμαρῶς· ἑτέραν δὲ ἐτραπόμην τοῦ τάχους μηχανήν· ὡς μὲν ἤλπιζον ὁ δυστυχής, σωφρόνως· ὡς δὲ ἤλεγξε τὸ ἔργον, ἐπισφαλῶς· τὴν γὰρ διὰ τῶν ποδῶν ἀτιμάσας διακονίαν· καὶ τοίγε πολλάκις οἶδα τὴν ὥραν παρεικασθεὶς· ὅτε καιρὸς ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλει τρέχειν ἐπενόησα κατὰ τοὺς Μήδων ἀλαζόνας, ὁ πάντα περιττὸς· καὶ ἐφ' ἵππου στειλάμενος εὐπρεπῶς, οὕτως ἐπείγεσθαι παρὰ τὸν κεκληκότα. τάχος γὰρ οὕτως ἡγησάμενον προσθήσειν τῷ σπουδάσματι, καὶ τοῖς ἐντυγχανουσιν ἔσεσθαι περιφανέστερος· καὶ κρίνας οὕτως

εἴγε δεῖ κρίσιν ταύτην, ἀλλ' οὐκ ἀλογίαν καλεῖν. τὸ μὲν παρά τινος τῶν γνωρίμων ἢ τῶν πολιτῶν ἵππον αἰτεῖν ἀπεδοκίμαζον· ᾔδειν γὰρ οὐκ ἀγαθοὺς ὄντας ἱπποτρόφους· παρ' οἷς οὐκ ἔλαττον ἐμοὶ τὸ λιμώττειν ἢ ἵπποι παιδεύονται· τουτονὶ δὲ περισκοπήσας τινὰ τῶν ἐξ ἱπποδρόμου καὶ γυμνασίων καὶ τῆς τοιαύτης ἀγωνίας ἐσκημμένων· εὐθὺς τῶν λουτρῶν ὁ μάταιος εἰχόμην, αὐτίκα δὴ μάλα πάντας τότε παραδόξως τῆς θέας καὶ τῇ ταχυτῆτι τῶν δρόμων ἐκπλήξων. Ἐλάνθανον δ' ὁ κακοδαίμων, ἀσιτίαν ἐμαυτῷ καὶ λιμὸν, οὐ φιλοτιμίαν περισκοπῶν, καὶ θάνατον, ἀλλ' οὐχ ἵππον αἰτήσας. ὡς γὰρ ἔδει λελουμένον οἴχεσθαι· τί λέγω λελουμένον; παρέδραμον μὲν οὖν καὶ τὸ λουτρόν· ὑπὸ γὰρ τῆς περιχαρείας, πάντα ἦν πάρεργα τὰ γινόμενα, ἐπέβην δὲ μάλα σεμνῶς· καὶ τὰ μὲν πρῶτα νὴ τοῦ ἅλας τούτους· ποδ δὲ ὁ δυστυχὴς παραζέπομαι· συμπόσιον τὸ δικαστήριον οἰηθείς· ἀλλ' οὖν τάγε πρῶτα κατὰ γνώμην ὁ σκοπὸς ἐχώρει· καὶ τοσαύτῃ ταχυτῆτι τάς τε ὁδοὺς καὶ τὰς ἀγυιὰς καθιππάμην, ὥστε ἀκούειν ἐνίων

μὲν ἱππῶ ὀκένταυρον παρεικαζόντων· ἑτέρων δὲ τὸ Βελλεροφόντην ἀποκαλούντων· τοὺς πλείους δὲ πρὶν ἀκριβῶς ὀφθῆναι, παραδραμὼν οἶδα· καὶ προσρηθεὶς μὲν ὑφ' ἑτέρων, ἑτέροις δὲ ἀποκρινόμενος. Οὕτω τι τάχος ἀμήχανον ἦν· ἀλλὰ γὰρ πάλαι μὲν ἤκουον, ὡς παρομαρτεῖ τοῖς εὐτυχοῦσιν ὁ φθόνος. νῦν δ' ἀπὸ τῆς πείρας ἐδιδάχθην ἀκριβέστερον. ὁ γὰρ ζηλωτὸς ἐκεῖνος ὁ πτερωτὸς, ὁ πάντας εἰς ἑαυτὸν ἀναγκάζων βλέπειν, ἀκούσατε οἷα καὶ πέπονθεν. Ἐτύγχανε μὲν περὶ τὸ τοῦ κεκλημένος ὁσίας βωμός· βωμὸς λέγω· τάφος οὖν ἐμοὶ καὶ μνῆμα καταδιδρομένον. ὡς δὲ δὴ πλησίον ἐγενόμην, καὶ μόνους τῆς αὐλείου θύρας ἐπεβεβήκειν ἤδη καὶ κνίσης αἰσθόμενος· μικρὸν γάρ τι καὶ τῶν Κρητῶν κυνῶν αἱ ῥινηλατοῦσαι πρὸς ἴχνια ἤδη καὶ κτυπούντων ὀψοποιῶν ἀκούων· μικροῦ τὴν χεῖρα τοῖς οἰνοχόοις ὀρέγων· τὰς σιαγόνας κινῶν· τὰς γνάθους ἐξασκῶν· καὶ τί πλέον ἢ καταχεκλῖσθαι δόξας, ἐξαίφνης ὥσπερ καταιγίδος προσπεσούσης ἢ μύωπος πλήξαντος, ὥσπερ νόσον τινὰ περὶ τὸν βωμὸν ἐνεχθεὶς, μικροῦ

κροῦ μὲν τὰ λαιὰ παρεδρύφθην τοῦ σώματος· οὕτως ἀκριβῶς περὶ τὸν βωμὸν ἐκάμπτετο· μικροῦ δὲ καταπεσὼν ἐκείμην. Ὡς εἴθε γε τοῦτο ἦν πεπονθώς· ἦν γὰρ ἄν με καταπεσόντα λαβόντες εἴσω ῥᾳδίως ἀνεκτήσαντο· ἔστι δὴ ἡμῖν ἀλεξιφάρμακον ἐν νόσοις, ἐν ἀηδίαις πάσαις, ἡ σίτου δόσις. Νῦν δ' οὐκ ἐμαντευόμην τὸ γενησόμενον· τὴν δ' ἐμπειρίαν ἀεὶ, τὴν περὶ τοὺς ἵππους ἐπεδεικνύμην. ἐφερόμην αὖθις ἐπὶ τὴν αὐτὴν ὁδόν· ἡλίκον μὲν ἐκίνησα γέλωτα τοῖς βασκαίνουσιν, ἣν τοῖς ἀμφὶ τὰς αὐλείους θύρας ἔκπληξιν, οὐδὲ εἰπεῖν ἔχω, φερόμενος ἀκατασχέτῳ τῇ ῥύμῃ. θεήλατον γάρ τι μήνιμα τὸ γινόμενον ἦν· ἐδεόμην τῶν περιτυγχανόντων, στήσατε βοῶν ἵππον ἄνθρωποι, μᾶλλον δὲ φιλάνθρωποι· ἐπίσχετε τὴν ὀλεθρίαν ταύτην φοράν· πρὸς παίδων, πρὸς γυναικῶν. τὸ δὲ ἦν ἄρα κρεῖττον ἀνθρωπίνης ἐπικουρίας· ὅσῳ γὰρ βοῶντος ἤκουε, τοσούτῳ πλέον εἰς τάχος παρωξύνετο· συνήθεις δὲ οἶμαι τούτοις τοῖς περὶ τὰς ἁμίλλας καὶ τοὺς δρόμους ἀσκουμένοις, ἐπει-

δὲ θορυβούντων τῶν θεατῶν ἀκούωσι, πάσῃ δυνάμει συντείνειν ἑαυτὸν εἰς τάχος. ὃ γάρ τοι τοσοῦτον ἁρπάσας ᾤχετό με τὸν δείλαιον, ὥστε νύκτα με ἐπιλαβεῖν καὶ σκότους ἀωρείαν*, μηδὲ ἐνστείλαντά με τὴν φορὰν, ὥσπερ ὑστερήμερόν με τῶν τῆς ἀωρίας χρόνων ἐκπεσεῖν. ὦ βραδυτάτου τάχους! ὦ παραδόξου καὶ κενῆς* ὀξύτητος! ὦ δεσμῶν, ἀλλ' οὐ δρόμων ἐκείνων! ἐπεπήγειν ἱστάμενος· ἐπειγόμενον ἐπείγεσθαι δοκῶν· ὑστερίζων φθάνων, εἱστήκειν ἐλαυνόμενος. ὦ πολύθρηνε βωμέ! πολύτιμον γὰρ οὐκ ἂν εἴποιμί σε. ὦ πρόθυρα ἀποστήματα· ὦ μισάνθρωπος ἑστία! Τοὺς Λωτοφάγους οἱ ποιηταὶ τραγῳδοῦσιν ὅτι τοὺς ἐπιμιγνυμένους ἀπώλλυον· ἀλλ' εἰ ἐσθίοντας ἀπώλλυον, ὡς εὐτυχεῖς γε τῆς ἀπωλείας. τὰ Κίρκης ἄντρα μυθεύουσιν· ἀλλ' εἰ καὶ μετέβαλεν εἰς σύας καὶ ποικίλων θηρίων ὄψεις, ἤδη καὶ τροφὴν ἐχορήγει τὴν ἑκάστῳ πρόσφορον. ὑπὲρ τοὺς Λαιστρυγόνας, ὑπὲρ τὸ Κυκλώπων καταγώγιον, ἡ ἀποστήματος ἐκείνη γέγονεν ἑστία. τοιγαροῦν, ἐξ ἀνθρώπων οἰχήσομαι· πέπονθα γὰρ

ὑπὲρ ἄνθρωπον. ἑτέρῳ μὲν χρημάτων ἀποβολὴ ἀνιαρόν· ἑτέρῳ παίδων ἀποβολὴ πρὸς θάνατον ἰσχήσατο. ἐμὲ δὲ ταῦτα μὲν οὐχ οὕτως ἀνιᾶν πέφυκεν· ἐπεὶ μηδὲν τὴν ἀρχὴν τούτων παρ' ἡμῖν σπουδάζεται. θοίνης δὲ καὶ διαίτης ἐκπεσεῖν ἀλλαχοῦ πληρουμένης, συμφορὰ ἡ μεγίστη. νὴ Δία, φήσει τις, θαρρεῖ, παραμυθήσεταί σοι τὸ συμβεβηκὸς ἑστίασις ἑτέρα τοῦ κεκληκότος. ἐλπίδες αὗται καὶ ψυχαγωγίαι λόγων· οἶδα πηλίκαι τοῖς καλοῦσιν ὀργαὶ προσιζάνουσιν· ἐπειδὰν τῶν κεκλημένων τις ἐκλίπῃ τὴν σύνοδον· οἶδα πηλίκα βρενθύεσθαι συνήθες αὐτοῖς· κἂν ἀνάγκην, κἂν συμφορὰν οἱ κεκλημένοι προβάλλονται. τοῦτο γὰρ ἤδη τὸ πάντων ἐστὶ δυστυχέστατον· οὐδὲ γὰρ ἔδει παραμυθίας τυχεῖν, ἐφ' οἷς διήμαρτον· οὗτοι καὶ δίκην ὑποψίας φεύγουσι· κἂν ὀμόσωσι, κἂν δακρύσωσι* παρεστῶτες, οὐ δυστυχεῖς, ἀλλ' ἔτι πονηροὶ νομίζονται. οἰόμενοι γὰρ αὐτῶν ὀργίλως ἔχειν, ἐκ προνοίας ἠδικημένον, μηδὲ συγγνώμης ἀπολειφθέντι * μεταδώσουσιν· ὅσῳ καὶ τεχνίτην ἠπίσταντο τοῦ πράγματος. τί γὰρ αἰπά-

σαι τὸ * τὸ συμβεβηκὸς ἀσχολίαν ἦν; ἀλλ᾽ ἤδη πάντως σχολάζοντά με πρὸς τοῦτο τὸ οἴκοι ἐπιμέλειαν, ᾧ μηδὲ οἰκός ἐστι παῖδας ἢ γυναῖκα βεβιάσθαι πρὸς ἑαυτούς· ἀλλ᾽ ἤδη καὶ μονήρη, καὶ μόλις ἀρκοῦντα. ἀλλ᾽ ὅσῳ προφανὴς ἡ πρόφασις, τοσούτῳ πλέον ἀποστραφήσεται τῆς ἀκαίρου τρυφῆς, ὅτι τε βαδίζειν ἀρκῶν· ὅτι καὶ τάχιστα τὸν ἅπαντας, ἐν τοῖς περὶ δεῖπνα, τὸν ἐν ταῖς ἁμίλλαις παρειών, εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον, βαίνειν γοῦν ἐπὶ γῆς ἔχων, ἑτέρων ἐδεήθην ποδῶν· ὧν,* εἰ καὶ πρὸς ἅπαντα πονηροὺς εἶχον οἱ πόδες, πρός γε τὰς εὐωχίας, πλέον τοῖς ἔδει παρεικάζεσθαι. Ἡγοῦμαι οὖν ἀποστρέφεσθαι τὰς ἐπινοίας ἡμᾶς, εἰ δὴ καὶ μεγαλοψυχότερον ἀφήσει τὰς μέμψεις, καὶ ποῖον οἰκτείρας εἰς ἑσπέραν αὖθις ἐπαγγέλλοιτο κλῆσιν· πόθεν μοι δεῖπνον οὕτω λιμὸν ὑποστῆναι· πῶς δὲ οὐκ αἰσχυνοῦμαι περὶ τοῦ φιλανθρωπεύματος· πῶς δ᾽ οὐκ ἂν ἀπεχθήσομαι περὶ τῆς ἀτυχίας· καὶ δευτέραν ὑποστήσομαι συμφορὰν ἤδη, καὶ πολλῷ μείζονα, ὅσῳ καὶ σφαλῆναι δεύτερον, καὶ τεθνάναι δὶς ἀποκείσεται. Μὴ ὠφελεῖν ἀπορῶ

γεύσεις εἰς ἀνθρώπους παρελθεῖν, ἢ παρελθοῦσα μεῖναι μέχρι παντὸς ἀχρείωτος ἀνθρώποις· οἷά με διέθηκεν ὁ παλαμναῖος ἐκεῖνος· οἵων ὄψων ἀφείλετο καὶ τρυφῆς. πάλαι πολέμιον ἀνθρώποις τὸ χρῆμα· πάλαι σκηνὰς τραγικὰς πεπληρώκασιν, αἱ δὲ αὐτοῦ κινηθεῖσαι συμφοραί. Τὰς Ἀμαζόνας οὐχ οὗτοι ψεύσασθαι τὴν οἰκείαν ἐπήρωσαν φύσιν, καὶ τῇ πρώτῃ πείρᾳ συγκατέλυσε τὸ γένος· τὰς Διομήδους ἐκτὸς * οὐκ ἀκούομεν ἀντὶ τῆς νομιζομένης τροφῆς ἀνθρωπίνοις σιτεῖσθαι σώμασι; τὰς Τρωϊκὰς συμφορὰς, καὶ τὴν Ἰλίου πόρθησιν οὐχ ἵππος ἦν ὁ πορθήσας· ἀλλ᾽ εἴθε μὲν οὖν τῶν ἐπὶ Τροίαν ὀλωλότων ἐτύγχανον· ἐκεῖ μέθαι καὶ πλησμοναὶ, καὶ κῶμοι καὶ θάνατος ἀναίσθητος ἦν· ὁ δὲ ἐμὸς ἵππος ἀκώμαστον καὶ νήφοντα πρὸς τὴν συμφορὰν ἐκδέδωκεν. Ω θειότατε ποιητῶν Ομηρε, πάντα μὲν σοι σὺν ἀληθείᾳ πεποίηται· τὸ γὰρ,

Λοιμῷ δ᾽ οἴκτιστον θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν,

ὅλην ἔχει τῆς ἀληθείας τὴν ἐπίνοιαν. καί μοι δοκεῖς αὐτ᾽ Ὀδυσσέως λιμώττων ταυτὶ πεποιηκέναι. εὐ-

δαιμόνως γὰρ εἴρηται καὶ σὺν ἀληθείᾳ. Μίαν αἰτῶ, ἄνδρες δικασταὶ, χάριν παρ' ὑμῶν· ἀλλοιῶ γὰρ ἤδη, καὶ νάρκης αἰσθάνομαι· χοὰς ἐπαγαγεῖν ὁσημέραι τελευτήσαντί μοι· φασὶ γὰρ οὐκ ὀλίγην τὰ τοιαῦτα διδόναι τοῖς ἀπελθοῦσι παραμυθίαν. Εἰ δὴ βούλεσθε, δότε μοι λαβόντες φέρειν· εἰ δὲ θελήσετε γραφῇ τινὶ κατ' ἐμὲ κηρύξαι συμφορὰν, ἐπικουφιεῖτε πλέον ἐμοὶ τὸ δεινόν· γράφετε δ' αὐτόθι συμπότας καὶ δεῖπνα, καὶ συγκατακείμενον ἐμὲ, μὴ κἀκεῖ δυστυχοῦντα. Μή μοι τὸν ἵππον ἡκέτω τις φέρων, μηδὲ παρέστω τῷ μνήματι, μηδ' ἐποχούμενον αὐτῷ γραφέτω μηδείς· ἀπολεῖ γάρ με κἀκεῖ. φεύξεταί με λαβὼν ἄσιτον· ἀλλ' ἔστω τις κἂν ἐν γραφῇ πλησμονὴ, καὶ αὐτόθι δείκνυτε σωφρονοῦντα.





ORNATISS. ET CLARISSIMO VIRO D.D. IACOBO GVESLÆO,

Cognitori Regio & ſacri Conſiſtorij Senat.

FED. MORELLVS PROFESS. REG. S. D.



PERÆ PRETIVM EST (Vir Clariſſime) ſcire
-quantum eſt in rebus inane.
Quid enim ratione timemus,
Aut cupimus?

Atque *Is demum profectò* (inquit ille) *vitam æqua lance penſitabit, qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit.* vt
Altera pars homines terræ ſumus, altera Cæli.
ſæpe verò τὰ χερείονα νικᾷ, *Magiſter artis ingeníque largitor Venter.*
Οἱ βάρβαροι γὰρ ἄνδρας ἡγοῦνται μόνους

Τοὺς πλεῖστα δυναμένους καταφαγεῖν καὶ πιεῖν.

En Parasitus Libanianus, cuius γαστὴρ κυνόμυια non excerpit se numero eorum qui

πωλοῦσι ζωμοῦ θεσμὸν ἐλευθερίης.

Is quòd caballina fraude cœnæ dapsilis iacturam fecerit, tædio lucis affectus, ire vult *per iter tenebricosum.* Ne patiare, Vir clariss. vt quem è Græcia, Regij Gazophylacij ope, in Latium transtulimus lateat, & Lethęis tenebris Orci deuoretur: da potius vt Genio affatim indulgeat & viuat. Tu viue & vale, si me quem tuum ὁμήλικα agnoscis, viuere & valere vis. Lutetiæ Par. Idib. Mart. ꟾↄ. ꟾↄCI.

LIBANII SOPHISTÆ
PARASITVS AD
COENAM VOCATVS, QVO CITIVS ADESSET, EQVVM E CIRCO

accepit, eo vectus venit ad ædes eius qui vocauerat. Cùm verò ante ianuam atriensem esset ara, Equus Metam esse ratus flexit, & correptum insessorem Parasitum abduxit. Hic Cœna fraudatus, postridie defert se coram Iudicib.



Vas exequor ærumnas, ne dicere quidem apud vos queo: tanto mactatus infortunio sum in omnibus. Nec enim vox mihi suppetit, iamdudum fame enecto: Et memoriæ vis effluxit; somno non fruenti. Nam quî inani ventre dormire integrum fuit? Duntaxat fami eousque obsistere suffeci, quoad, vbi quæ perpessus sum vobis enunciarim, vitam finiam. Quî enim vita mihi vitalis est, cùm epulo tam lauto & adipali exciderim? Quî porrò præuortere non melius & antiquius est, quàm alios audire narrantes & quibus ipsi cupediis potiti sint, & quibus mihi bonis frustrari soli contigerit? qui & talia primùm apisci, & aliis enarrare assueueram. Quocirca, Indices, cæteris etiam quibus eandem quàm nos artem factitare libuit, tunc optabilior vitâ mors videtur esse, quando desunt qui cœnam exhibeat, & domi suo succo victitare coguntur. Et bellè, opinor, &

Insomnia memoriæ officit.

Græc. pag. 4.

Plaut.

iustè non parcunt vitæ, & impigri sunt ad exitum. Quibus enim non praesto est mensam sine damno onerare, quid causæ est cur hi viuere exoptent? Ego verò, ô mi-
Perf. *ser*, inque dies vltra miser, *in ipso prosperitatis apice, cùm vberrimè mihi amicorum ope dux fortuna suggereret, tunc Genij liuore, nescio quo modo id effari poßim, tanquam in obsidione ieiunus permansi, iterum iterúmque vexatus inedia, penéque afflictus sum in ipso pro-*
pag.5. *cinctu sperata visceratonis: prorsus euacuaui me præ exspectatione saburræ ciborum. & cùm spe mea delusus fuerim, non habui aliunde miseriam meam subleuare. Quid igitur aliud mihi, præter mortem, malorum finem dabit? Quinetiam eo grauius & molestius istud infortunium fuit, quòd neminem alium incusare liceat; sed solam temeritatem meam consilijque inopiam causari. Equidem nescio quem hîc casum primum deplorem. quippini ne lachrymæ quidem ipsæ sinunt. beatámne ac fortunatam illam inuitationem; an conspicuam profectionem; imo pompam ipsißimam; qua infelix ego ad cœnam sum progressus? an calamitatem quæ circa cœnam ipsam constitit? an caliginem quæ postmodum inuoluit domũ, & Vestam tenebricosam, & famem quæ me strangulauit, ac ne lamentari quidem aperte ærumnam permittit?*

Tentandum tamen est etiam ingratiis, paulo altius coram vobis arcessere initium aduersæ fortunæ quam expertus sum. quandoquidem ij qui anguntur, solamen aliquod percipiunt, dũ ea quæ patiuntur in vulgus enunciant.
In sermone solatiũ.

Vocauerat me nudius tertius ad cœnam, amicus quidam meus & beneuolens, hortatus vt quamprimum con-

uenirem. Id enim accurauerat, vt ſplendidus & luculentus eſſet in cibis. Ego qui alioquin a pueris iucundiſsimam illam diſciplinam eorum qui in parandis menſis elaborant, vltro perdidici; nec deſino vnquam inter primos occurrere ijs quæ ad cœnæ apparatum ſpectant, quando mens non læua, & locus honeſtus ac decens eſt: Tunc verò ſimulatque teſſeram accepi, multo magis ad pernicitatem ſum excitatus. Ac primum quidem quiritans naturam accuſabam, quòd alitem me non feciſſet, quò ad conuiuia conuolare facile poſſem. Ad aliam me contuli celeritatis fabricam, vt ſperabam quidem miſer, ſapienter excogitatam: vt vero res ipſa docuit, perniciosè. Nam ſpreto pedum miniſterio (tametſi norim me volucri ſæpe æquiparatum eſſe, quoties occaſio ad cœnam vocabat) ſubiit animum vt faſtuoſorum Medorum more currerem; opera vehemente miniſter: & equo pulcrè inſtrato inſidens ita ad eum properarem, à quo fueram vocatus. Sic enim vehemens ſtudium meum acceleratum iri exiſtimabam: méque obuiis conſpicuum magis futurum. quod cùm ita iudicauiſſem, (ſiquidem hoc iudicij potius quàm temeritatis nomine eſt appellandum) ab aliquo notorum mihi aut ciuium, equum mutuari ſum aſpernatus: noueram quippe equorum alendorum peritos non eſſe; apud quos non ſecius quàm apud me qui eſurire diſcunt. Circumſpicienti itaque placuit vnus ex iis qui in Circo & exercitiis atque eiuſmodi certaminibus verſati ſunt: confeſtim Lauacra vanus attigi: proinde ſubitò omnes incredibili nouitate ſpectaculi & curſus velocitate perculſurus. Sed latuit me ærumnoſum, quòd inediam mihi

Pag. 6.

Leg. Gr. ἰσλεάμλω.

Pag. 7.

Laua-cra.

esuritionémque, non honorem procurarem, & mortis ictum non equum poscerem. cùm enim iam lotum abire oporteret. quid aio lotum? lauacrum certè ipsum curru prateriÿ. Nam pra ingenti gaudio, cetera omnia qua fierent, abs re frustráque erant. conscendi sane magnificè.

Iuram. per salé. *Atque in principio quidem, per istum salem. (sed quo mente rapior infelix? qui pratorium hoc autumabam esse conuiuium) primordia, inquam, nostra satis feliciter sub*

Plaut. Pag.8. *manum succedebant. tanta nimirum rapiditate per vias & vicos volabam, vt aliis quidem Hippocentaurus cluerem: à nonnullis Bellerophontes perhiberer. scio porrò multos me, ante quam prorsus ab iis conspicerer, prateruolasse: & à quibusdam salutatum, aliis respondisse: vsqueadeo stupenda fuit celeritas. Enimuero dudum audi-*

Inuid. *ueram*, Inuidiam fortunatorum comitem esse. *nunc experientia ipsa accuratius edoctus sum. Atenim beatulus ille aliger, omnium oculos ad se conuertens, quàm grauia, perpessus sit; attendite. Extructa fuerat ara ante Lares eius qui me inuitarat: Ara quidem nomine: reapse autem mihi tumulus & sepulcrum. Cùm verò propius accessi, vt tantum-non atriensem ianuam cal-*

Odor nidoris. Cret. canes. *carem: iam iámque culina nidorem sentirem. (nulla enim ferè pra nobis est Cretensium odora canum vis) iam etiam perstrepentes coquos audirem, parúmque abesset, quin manum pincernis porrigerem: genas iam concutiens, & maxillas exagitans; & quid aliud quàm iam accubuisse ratus? repente è vestigio quasi exorta procella, aut astro percitus, circum altare tanquam metam delatus, lauam*

Pag.9. *corporis partem fermè contriui, ita exactè & aptè equus*

circa aram se flexit.hîc penè prostratus humi sum.atque vtinam id mihi accidisset. nam domestici procul dubio iacentem me tulissent intro facillimèque recreassent. Duntaxat amuletum nobis est in morbis, & mœroribus quibuslibet, offæ donum. Tunc verò non vaticinabar quod futurum erat; immò equitandi peritiam intempestiuè ostentabam. Ecce iterum feror eadem via remeans: quanto cum risu Zoïlorum mihi inuidentium, quantóque cum stupore eorum qui pro foribus atriensibus aderant, declarare non possum; quoniam inenarrabili atque insuperabili impetu ferebar. Etenim quod fiebat, ira Dei Cœlitus inuectum malum quoddam erat. Obsecrabam eos qui occurrebant, vociferans, Sistite ferum equum homines, immo benigni semones. coercete exitiosum istum raptum.per liberos,per vxores. Hoc vtique fuit potentius ope humana. nam quanto mage clamitantem audiebat, eò vehementius ad pernicitatem instigabatur. vsitatum est his caballis, opinor, qui in concertationibus & curriculis exercentur, vt si tumultuantes spectatores audiant, totis viribus concitatius currere connitantur. Ergo tamdiu me miserum vectando rapuit, donec nox & tenebrarum caligo me surripuerit: cum interim cursus vehementiam cohibere non potuerim; vt ab opportunitate epularum exciderim, & quasi præstituto solutioni tempori defuerim.

Medicamētum Parasiti, offæ dosis.

Equorũ Circens. ἤθος. pag.10.

Hic Græca mendi & lacunæ suspecta sunt.

O velocitatem tardissimam! ô mirabilem, nouam & vanam celeritatem! ô retinacula & vincula, non curricula! volitans afflictus eram: hærebam, putans festinare: anteuertens, in mora fui: constiteram, properanter equi-

* leg. Gr. κομῆς καὶ κώκς · ἐξ.

tans. O aram luctuosam & horrendam! honorandam enim haudquaquam dixerim. ô vestibulum auersandum! ô Vestam infestam! Poëtæ Lotophagos tragicè efferunt, quòd eos cum quibus sibi commercium erat, interficerent: at si illi inter pocula cæsi, quàm beati, qui ita perierant! Circes *antra fabulantur: sed quamuis illa homines in sues & varias ferarum species mutaret, etiam alimentum cuique congruum suggerebat. Supra Læstrygonas & Cyclopum mapalia, extitit* Vesta *illa auerrūcada. Quapropter è viuis excedam: si quidem grauiora passus sum quàm hominum natura fert. Alteri cuipiam pecuniæ iactura tristis & onerosa est: alium liberorum obitus ad interitum duxit.* Hæc *verò me non admodum cruciare solent, quia nihil omninò istorum nobis vnquam cordi fuit. verùm epulis ferculísque dapsilibus apud alium abundè suppeditatis caruisse, ea demum* Pôl *clades est maxima. Per* Iouem, *dicet aliquis, confide bonóque animo esto; solabitur casum tuum aliud conuiuium Inuitatoris. Spes tantùm & delinimenta verborum istæc sunt.* Noui *quantæ animis eorum qui vocarunt insideant iræ, cùm inuitatus aliquis à cœtu defecit. scio quanto animi æstu succensere soliti sint: tamen-etsi necessitatem aut casum aliquem obiiciant qui vocati sunt.* Hoc *vero iam omnium est infelicissimum. nam quibus par esset consolationem adferre, ob id à quo aberrarunt, hi ipsi suspicionis sinistræ rei peraguntur; licet iurerando asseuerent, licet illachrymentur sistentes coram inuitatoribus, non infortunati, sed improbi magis ab illis habentur. Existimāt enim eos defectores, qui non venerunt ad condictum, id iracundo fecisse animo, & consulto com-*

Homer. Odyss. x.

Collatio miseriarum. Pag. 11.

Hic interpres necessa-

positóque iniuriam fecisse, vt ne veniam quidem dent, ei præsertim quem artificem sciunt esse, & asseclam mensarum. Quid tādem vocator meus causæ esse arbitraretur cur abfuerim? casúmne an occupationem? atqui probe nouerat me hoc vnum agere, totum in hoc esse. An rerum domesticarum curam, cui ne domus quidem est? quid ergo? liberos aut vxorem vi apud se retinuisse? sed me cœlibem esse, ac vix soli sufficere exploratum habuit. profectò quanto prætextus erit apertior, tanto ocyus intempestiue delicias agentem auersabitur. tum quòd satis virium haberem ad iter pedibus conficiundum: tum quòd agilitate, vbi de cœna agitur, iis anteeam omnibus qui in certaminibus contendunt deniq;, vt alud nihil foret, quòd cùm ipse pedes terra viam suscipere possem, alienos pedes mutuatus fuerim: cuius tametsi ægri maléque affecti ad omnia pedes essent, eos certè ad conuiuia aligeris similes effici oportuisset. Quare eum repudiaturum commenta nostra arbitror. Iam verò si præ magnitudine animi, desineret harum querelarum, & misertus mei sub vesperam iterum inuitaret me ad cœnam: qua fiducia cœnæ spem famis pretio compararem? & quo modo non peribo ante quàm hac benigni hominis humanitate potiar? quî non humanitùs aliquid accidet mihi, antequam hac prosperitate fruar? atque in alteram cladē incidam eò grauiorem, quò iterum labi ac denuo mori certò impendet. Vtinam nulla equi progenies ad homines peruenisset, aut cùm accessit, indomita perpetuo nec mansueta vnquam apud eos mansisset: pro damnis & miseriis quibus execrandus ille ferus me affecit; pro iis cupediis ac deliciis quas mihi surripuit. Iamdudum infensum

rio paraphrastē & coniectorē egit; cùm non liqueretin Græcis hic mutilis & laceris.

Pag. 12.

Horat.

Hîc vtique diuinandū nobis fuit, Gr. deploratis.

Pag. 13.

Equi vituperiũ. *& hostile id iumentum est humano generi. Iampridem strages per equos excitatæ, scenas impleuere Tragicas. Non hi Amazones impulerunt ad mentiendum sexum suum? ac primo conatu genus deturbarunt ac deuastarunt.*

Diomedis equi. *Non auditu accepimus Diomedis equos loco pabuli assueti humanis corporibus vesci solitos fuisse?*

Troianus Equus Durateus. *Troicas calamitates atque Ilij excidium, non Equus inuexit? O si vnus ex iis fuissem qui Troiæ occubuerunt! Ibi crapula, rumen, comessatio, & mors sine sensu fuit!*

Hom. præconium. *O Vatum diuinissime Homere. omnia à te profecto veritati congruenter ficta sunt; sed istud,*

Res miseranda, fames si quem male-suada trucidat. omnem veri notionem complectitur. Adeò vt videaris mihi

Pag. 14. *vice Vlyssis fame vexatus istæc edidisse. nã opportunè, diuinè & verè dictum est. Vnam à vobis, Iudices, gratiã postulo. (iam enim mens & lingua titubat & stupore percutior) vt inferias cum libaminibus super me mortuo faciatis.*

Hoc refer ad diram cicutę potionem. *Aiunt siquidem hæc non paruæ consolationi esse iis qui obière. Imo id tradite mihi ipsi, stultis, vt acceptum vobis feram. Ad hæc, si vobis hoc etiam libuerit, picturæ præconio infortunium meum celebrare, miseriam meã magna ex parte alleuabitis. Pingite vero in eadem tabula conuiuas & cænas, méque accumbẽtem, non item eo loci infortunatum. Apagesis equum. ne quis illum mihi inferens accedat, ap-*

Leg. Gr. ἱπποχίμενος. *propinquétve tumulo; ac ne equo vectus quisquam pingatur. Nam ibi quoque me profligaret. at fugiet me impransum. Adsit porro quædam ingurgitatio vel in pictura & ibi saltem indigitate me sobrium & temperantem.*

FINIS.

